

## Angers 33 (lat)

INCIPIIT NOTICIA AD APPENO FIRMARE |<sup>1</sup>

Cum per ceca cupiditate per loca orbana semper austes<sup>a</sup> anticus bella consurget et solens homine perfedi et pessimi per malus, intullerabilias mala subire, tam ab ostibus quam latrunculis<sup>b</sup> per talas et furtis, per captores et rabacis conmoveere et commutare gravis damnos aetatis.

Higitur non est incognitum, qualiter alico homine nomen **illo** contegit gravis nafragiis, quod in villa **illa** casa sua per nocte fuit efracta et omnes presiduos suos, aurum, argentum, aerementum, vestimentum, utinsilia, pecunia seu stromenta<sup>c</sup> cartarum quam plurimas vindicionis, caucionis, cessionis, donacionis, dotis, conposcionalis, pactis, commutacionis, convenientis, securitatis, |<sup>2</sup> vacuaturias, iudicius et noticias seu et omne solemnitas, per quem a longo tempore usque modo ris suas domenavit, per ipso furte exinde fuit deportata. Proinde necesse fuit sepedicto **illo** in crastenum maturius mane iudici puplico, vicinis circa manentis ad ipso loco convocare. Et ibidem invenientis invenirunt, sic essit factum, sevis<sup>d</sup> incisis, ostias concapolatas, paritis<sup>e</sup> preforatas, conscenssa, seu et universa, que supra memmoravimus<sup>f</sup> per ipso furto exinde essit abstracta. Dum sic cessit veraciis, ut melius possit exinde appenne in civetate, regione ipsius prosequaere et adfirmare, petiat ad ipsius vicinus et iudice, qui in ipsa cau[s]acione<sup>g</sup> fuerunt. Manibus eorum |<sup>3</sup> propriis in hunc prospectum noticia relacionis adfirmare deberunt. Quod ita et fecerunt.

<sup>a</sup>austes] = hostis

<sup>b</sup>latrunculis] für latruncilus *Fu*<sub>2</sub>; latruncolus *Ze*

<sup>c</sup>stromenta] strumenta *Ze*

<sup>d</sup>sevis] = sepes

<sup>e</sup>paritis] = parietas

<sup>f</sup>memmoravimus] memoravimus *Ze*

<sup>g</sup>causacione] für caucione *Fu*<sub>2</sub>, vgl. dazu auch die Überlegungen *Ze* S. 15, Anm. 33 d.

<sup>1</sup>[fol. 159<sup>v</sup>]

<sup>2</sup>[fol. 160<sup>r</sup>]

<sup>3</sup>[fol. 160<sup>v</sup>]